



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus XVI. De Contumacia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

TITULUS XVI.
DE CONTUMACIA ET IN
POSSESSIONEM MIS-
SIONE.

*Conf. Lib. 2. Decretal. Tit. 14. § 15
In Sext. Tit. 6. § 7. in Clement.
Tit. 4. in Extravag. com.
tit. 3.*

§. 186.

*Contu-
macia*

EFFECTUM Citationis esse diximus, quod adstringatur citatus ad comparandum, & Actor ad prosequendam litem coram Judice citante; qui autem non paret mandato Judicis, *Contumax* dicitur. Unde per Contumaciam hoc loco intelligitur *Inobedientia a legitime vocato erga Judicem in iis, que ad Judicem pertinent, commissa.*

*Vera,
Ficta, In-
terpreta-
tiva.*

§. 187. Alia est *Vera*, quando quis legitimæ Citationis gnarus non comparet, nec impedimentum excusat. Si quis insinuata Citationem dicit, se non venturum, & tamen intra præfixum terminum comparet, non habetur pro Contumace: puniri quidem talis dicti temeritas potest: Contumacia tamen in sensu & ad effectum
Juris

Juris non videtur contracta: nam non ad verba, sed ad facta respicitur. Quando autem ex actu inobedientiam præferente, de expressa contraventione & animo deliberato non parendi constat, haud dubie contumax severius est puniendus. Alia est *Ficta*, quando citatus nec per se, nec per Procuratorem comparet; Judici tamen non satis constat, an Citatio ad eum pervenerit: præsumitur autem Citationem legitime factam ei innotuisse, donec contrarium probetur. Unde si scripta Citatio mittitur, sedulo caveri solet, ut Citatus scripto testetur, se Citationem recepisse. Huc refertur Contumacia *Interpretativa*, quando quis dolo impedit, ne Citatio fieri, aut sibi innotescere possit.

§. 188. Contumacia committitur *Committitur ab Actore*, quam a Reo, quoad *titur ab Actore* singulos actus Judiciales, jussu Judicis a partibus ponendos per totum *vel a* *Reo.* *pendentis tempus 34.)*. Notabi-

P 3

le

34.) Gloss. in C. 2. de Dolo & Contum. Verb. *Contumaciter* modos, quibus Contumacia committitur, comprehendit his versibus:

le autem est discrimen, an Contumacia committatur ab Actore in proponenda Actione, vel Reo in Excipiendo; an vero circa Replicas, Duplicas, aliosve actus Judiciales. In priori casu requiritur accusatio Contumaciae, comminatio Judicis, & sententia: in altero autem casu Actor vel Reus in praefixo termino non comparens, pracluditur ab eo actu, quem ponere iussus fuerat, idque ipso facto, absque accusatione praevia. Ut Reus non respondendo constituatur Contumax, regulariter tribus Citationibus ad domum, vel publicis Edictis, vel una vice peremptorie citari debet. Qui ad primam & secundam Citationem simplicem non comparet, regulariter non dicitur Contumax; nihilominus potest condemnari in expensas Actori resarciendas, quarum occasio fuit per suam culpam non comparendo: in decursu autem Judicii, omnes termini probatoriales sunt peremptorii. Actor

Non veniens, non restituens, citiusque recedens,
 Nil dicens, pignusque tenens, jurareque nolens,
 Obscureque loquens: isti sunt jure rebelles.

Et or censetur Contumax, si non compareat in termino, ad quem citari fecit Reum: si autem mox tradidit libellum, Reo cum citatione communicatum, Contumaciam demum committeret, facta citatione ad replicandum. Non habetur pro Contumace, qui quidem non hora præstituta, sed tamen eodem adhuc die comparet: imo etiam ex arbitrio Judicis dependet, an velit habere pro Contumace eum, qui mox sequente die se sistit: hic tamen deberet refarcire omne damnum, quod altera pars ob moram hanc passa est. Potest igitur accusari Contumacia a parte obediante in illa die & hora, pro qua Citatio facta est: Judex tamen potest per aliquot dies differre sententiam; quamvis etiam posset illam ferre præcise in termino Citationis.

§. 189. A Contumacia excusat ad- *Causæ*
versa valetudo: majoris causæ occu- *excusan-*
pario: absentia Reipublicæ causa: ætas *tes a Con-*
pupillaris, vel minorennis: Citatio *tumacia,*
ad Tribunal superius: Puerperium:
tempesta aut vis fluminis: incompe-
tentia notoria Judicis citantis: tem-
pus feriatum: locus non tutus: bel-
lorum motus: prohibitio vel retentio

proprii Magistratus; unde Judex Ecclesiasticus Censuris non potest compellere Laicum, qui autoritate & imperio Magistratus sui impeditur a comparando. Universim quotiescunque citatus non tenetur comparere, excusatur etiam a Contumacia: nam non dicitur Contumax in parendo, qui parere non potest; vel ubi non adest contemptus Judicis. Qui autem in ejusmodi circumstantiis condemnatus fuit in contumaciam, cognito impedimento restituitur 35.)

*Judex
procedit
contra
Contu-
macem
ad in-
stantiam
partis.*

§. 190. Judex contra Contumacem procedit non ex officio, sed ad instantiam & petitionem partis adversæ, nisi agatur ad publicum interesse, præsertim in Criminalibus. Cum autem diversæ sint viæ procedendi in hac materia, pars obediens instare debet

35.) Communis a Doctoribus traditur regula, quod etiam fatua, id est, levis causa a dolo & contumacia excuset; quam regulam admittere possimus ad eum effectum, ut gravius præjudicium vel poena tali Contumaci inferri non debeat: nihilominus qui non quidem doli, sed tamen culpæ reus est, ad damnum Judici, aut Adversario farciendum ob-

bet pro eo modo servando, qui conformis est Statutis vel Consuetudini Tribunalis, in quo litigatur; & Judex tali petito deferre debet. Juvat igitur, ut ejusmodi vias in diversis locis usitatas recenseamus.

§. 191. I. Si Actor petiit citari Reum, nondum proposita Actione, nec communicato libello; & in termino ad obtinendos Processus citatus non compareat; condemnatur morosus hic Actor in expensas retardati Processus, & ad ulteriorem citationem non admittitur, nisi cautionem præstet de comparando in posterum in judicio. Si autem ad ulteriorem, etiam peremptorie factam citationem non veniat, potest Reus comparens petere absolutionem ab instantia; vel contra Actorem procedere *ex Lege Diffamari*.

Pœne Actoris

§. 192. II. Si libellus Actoris mox cum Citatione pro formandis Exceptionibus missus sit ad Reum, & isti-

Contumacis.

P 5 us

ligabitur. LEYSERUS Vol. I. Spec. 33. med. I. refert casum, ubi a Contumacia excusatus fuit ille, qui ad terminum præfixum comparuit, sed Judice tunc impedito recessit, credens se officio suam jam satisfecisse.

us Exceptiones communicentur Acto-
 ri ad replicandum, in præfixo autem
 termino Replicæ non exhibeantur;
 præcluditur Actor quoad facultatem
 replicandi, & proceditur, acsi Repli-
 cæ fuissent exhibitæ, ita ut habeatur
 Causa pro conclusa, si Reus Excepti-
 ones suas habere velit pro libello sub-
 missivo; nisi forte ob legitimam ratio-
 nem Actori concedatur Restitutio in
 integrum, quæ ex causa rationabili,
 brevi manu datur recipiendo Replicas.
 Si autem Reus nolit inniti solis suis
 Exceptionibus, & Actor pergat abesse;
 servatur, petente Reo, quoad cete-
 ros actus ordo Judicialis: Judex curat
 suppleri absentiam Actoris per con-
 stitutum ex officio Procuratorem: au-
 dit ejus allegationes: recipit testes:
 & si causa liquide probata sit, de ea
 definitive pronuntiat; sin minus, Re-
 us ab Instantia absolvitur. Contumax
 autem semper condemnatur in expen-
 sas, etiamsi pro eo sententia lata sit:
 si autem succumbat, omnis appellan-
 di facultas ei denegatur, siue sit Actor,
 siue Reus 36.). Simile quid obser-
 vatur quoad omnes actus Judiciales,
 in

36.) Quod ex stylo Rotæ Romanæ in Ci-
 vilibus detur Appellatio, dicit SABELL.

in quibus Actor vel Reus post litem contestatam terminum elabi patitur, ita ut Contumax præcludatur solummodo circa illum actum, quem ponere jussus fuerat, E. G. circa editionem Instrumentorum, productionem Testium, responsionem ad articulos &c. ad talem enim actum elapso termino non amplius admittitur: quoad cetera pergitur in Judicio more solito.

§. 193. III. Contra Reum Contumacem ante litem contestatam, remedium valde aptum est, ut citetur sub mulcta pecuniaria, quæ in repetita Citatione augenda erit, reservata tamen priori pœna, quam Reus commeruit non parendo primæ Citationi. Consultum est, ut pars mulctæ adjudicetur Judici, altera pars Actori, qui pro sua propria utilitate magis executionem

LUS V. Contumacia. & Compend. Decif. Rot. V. *Contumax*. Decendum autem, intra quod posset fieri Appellatio, incipit currere *vero* Contumaci a die latæ sententiæ; *ficto* Contumaci a die, quo sententiam passus sciverit. Vid. VESTRIUS Pract. Rom. Aul. lib. 7. c. 3. n. 21. & Annotat. GRAVATIE n. 52. *ibid.*

tionem urgebit; quamvis Judex posset pœnam imponere, non instante parte, quia Contumax in ipsum Judicem committit. IV. Post litem contestatam contra Contumacem Reum procedi potest usque ad definitivam sententiam, si de Causa ex testibus, vel Instrumentis Judici liqueat: si autem nondum satis constet, in possessionem bonorum mitti potest Actor 37.). V. Jure Canonico vera & expressa Contumacia etiam excommunicatione punitur 38.).

Via

§. 194. VI. Potest decerni sequestratio rei petitiæ, vel Pignora capi ex rebus absentis: potest colonis, aut aliis Rei Contumacis debitoribus inhiberi solutio debitorum, quæ jubentur deferre ad Judicem in arrestum, vel apud se retinere. VII. Si Reus contumax sit in respondendo, articuli in pœnam non respondentis habentur pro confessis. Notanda autem est doctrina in Jure Canonico 39.) tradita, scilicet si quis jussus fuerit respondere, & contumaciter non respondeat, habe-

37.) Vid. C. fin. ut lit. non contest. &c.
 38.) C. 1. & 3. Ibid.
 39.) C. 2. de Confess. in 6.

habetur pro confesso super iis, ad quæ respondere iussus fuerit: si autem jam antea contumaciter absit, antequam sic respondere iussus fuerit, non habebitur pro confesso circa articulos ab Adversario in ejus absentia positos. VIII. In Camera Imperiali, petito Proclamate, eoque decreto, lis ob Contumaciam pro contestata acceptatur, & articuli ad probandum admittuntur.

§. 195. IX. Datur missio in bona *Proce-*
Contumacis ex primo Decreto, rei *denct*
custodiendæ causa pro modo quantitatis in litem deductæ, vel in possessionem rei actione reali petitæ. Si per tempus arbitrio Judicis definiendum, Reus in Contumacia perseveraverit, in personalibus interponitur Decretum secundum, quo Actor constituitur novus Possessor: in realibus actionibus solus anni cursus vim secundi Decreti habet: ubi tamen cognitio super Contumacia, & ipso debito necessaria est. Proceditur autem contra eundem post annum, non ex sola Contumacia, sed quia habetur pro Confesso.

§. 196. X. Bannum Contumaciæ *Contra*
introducitur est in Ordinatione Ca- *Reum*
merali.

merali 40,). Intelligitur hoc nomine Judicialis censura, qua in vindictam obstinatæ Contumaciæ, alicui aqua & igne interdicitur. Loco Banni contra Personas Ecclesiasticas, immediate Imperio subjectas, decernitur privatio Privilegiorum Imperii. Sed Bannum Contumaciæ, & Immissio in Bona, abrogatur in Reçessu Imperii de Anno 1654. §. 36. ubi sola illa via retinetur, ut lis in Contumaciam habeatur pro Contestata,

Contumacem,

§. 197. XI. Curator ad litem datus commissæ Contumaciæ culpam & pœnam luet citra præjudicium sui Clientis: sicuti etiam Contumacia usufructuarii nocere non potest Proprietario. XII. Judex Contumaci in una causa potest denegare audientiam in alia, quando concurrit mora, inobedientia & contemptus Judicis, simulque hujus decretum super tali inobedientia atque contemptu 41,).

Obediens debet probare contumaciam citati,

§. 198. Ut uno ex dictis modis procedatur in Contumaciam, debet pars obediens Contumaciam citati, repro-

40.) Part. 3. tit. 43. & in Conc. Ord. nov. p. 3. tit. 52.

41.) Vid. Compend. Decis. Rot. V. *Contumacem*.

reproducta Citationem accusare & probare, quod Citatio ad Adversarium pervenerit: Judex autem ante sententiam Contumaciæ, novum brevem terminum peremptorium deberet constituere, addita comminatione, quod & quomodo stante Contumacia procedendum sit: de cujus tamen ultimi termini insinuatione Actor non teneretur probationem asserere. Hoc etiam termino elapso, pronuntiatur in Contumaciam, & quantum res ferre videbitur, simul etiam de Causa principali. In hac tamen Causa principali nemo ob solam Contumaciam condemnatur, saltem extra Saxoniam 42.)

§. 199. Si in Contumaciam damnatus postea compareat, doceatque, Citationem ad se non pervenisse, vel se legitime impeditum fuisse, quo minus intra terminum compareret, vel ante ejus lapsum dilationem peteret: in tali casu idem Judex Sententiam contumacialem potest revocare, concedere restitutionem in integrum, &

42.) De hoc rigore Fori Saxonici vid. CARPZOV. Jurispr. forens. p. 1. Const. 9. defm. 3. & 14.

& admittere ad agendum vel excipiendum, aut alios actus, circa quos præclusus fuit,

TITULUS XVII.
DE LITIS CONTESTATIONE.

*Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 5. & 6.
In Sext. Tit. 3.*

§. 200.

*Formule
Romano-
rum.*

QUAMVIS Antiquorum Formulæ judiciales exoleverint, remanserunt tamen receptæ voces, quarum genuinus sensus sine prævia rituum Romanorum notitia vix intelligitur. Erant antiquitus certæ actionum, defensionumque formulæ a Jureconsultis compositæ, & a litigatoribus apud Præto-rem, nec unica syllaba mutata, pronuntiandæ. Recitatis ab utraque parte solenniter formulis, Magistratus rogabatur, ut iudicium conciperet, & litigatoribus daret, id est, agendi potestatem faceret. Pro causis quotidianis & levioris momenti Prætor Judicem dabat, hac fere formula: *si paret
Titi-*